

zelf, dat die zaak met de excommunicatie niet eindigde ! Symon van Itter, advocaat aan het Luikse hof en procurator van de Thornse abdis, werd naar de voornaamste kerken gezonden, om de dekens en hun kapittels over te halen, het beroep van Elsa tegen de beslissing van de abt te steunen. Haar vader en drie broers vergezelden de advocaat, om de dekens te verzekeren, dat zij voor de schade-loosstelling instonden, indien deze hoge geestelijken wegens die adhaesie ernstig nadeel of geweld zouden ondervinden.

Een jaar later belastte de H. Stoel de bisschop van Munster met een onderzoek en beslissing in deze zaak. De bisschop delegeerde Johannes van Rijchensteyn, een onderdeken uit Keulen, die na onderzoek aan alle geestelijken en notarissen berichtte, dat hij de abdis ontheven en vrij verklaarde van de excommunicatie door de abt van Tongerlo tegen haar uitgesproken.

Postel.

C. DITTRICH, O. Praem.

* * *

LIBER BEATAE DEI GENITRICIS VIRGINIS MARIAE. -:- -:- -:-

In « *Analectis Praemonstratensibus* », t. XVI, 1940, pag. 181, proponebatur quaestio : ubinam in abbatiis Ordinis Praemonstratensis reperiatur exemplar operis : « *Liber B. Dei Genitricis et S. Joannis Baptistae ecclesiae Praemonstratensis* ».

Huic quaestioni respondere nobis liceat librum citatum i.a. reperiri in Bibliotheca Averbodiensi et feliciter non periisse in incendio quod fere integram abbatiam, Bibliotheca inclusa, finiente anno 1942, destruxit.

Liber qui nonnumquam intitulatur modo dicto : « *Liber Beatae Dei Genitricis Mariae...* » practice est editio princeps trium tractatum Adami Scoti, procurata anno 1518 ab Amato de Fonte (Aimé de Fontaine), tunc abbate Camerae Fontis. Magis in specie continet iste liber tres libros : Primus est de Ordine et habitu atque professione Canonorum Ordinis Praemonstratensis; secundus est liber de Triplici Tabernaculo; tertius vero tractat de triplici genere Contemplationis. Liber iste editus fuit Parisiis ab Egidio de Gourmont, anno 1518. Continet LVI et LXVI folia.

Sub respectu bibliographico editio ista singulari mentione notanda est. Cum nempe editor Amatus de Fonte codicem continentem

tres istos tractatus Adami prelo committeret, in codice isto, uti mos erat antiquitus, proprietarius codicis indicabatur hoc modo : « Liber Beate Dei Genitricis semper Virginis Marie et Sancti Joannis Baptiste ecclesie Premonstratensis ». Quod nihil aliud significat nisi hoc : codicem istum pertinere ad abbatiam Praemonstratensem. Exinde evenit titulum istum proprietatis in prelo sumptum et impressum esse quasi fuerit titulus ipsius operis. Titulus verus et genuinus quidem additur deinde in editione anni 1518. Infelicitur vero prima indicatio (Liber Beatae Genitricis Mariae...) sola retinetur ab Ul. Chevalier in suo opere bibliographico : *Topo-Bibliographie*, sub voce : Prémontré. Raphael VAN WAEFELGHEM in suo *Répertoire des sources imprimées et manuscrites relatives à l'histoire et à la liturgie des monastères de l'Ordre de Prémontré*, Bruxellis, 1930, pag. 200, idem notat absque ulla explicatione : Liber beatae Dei Genitricis et S. Joannis Baptistae Ecclesiae Praemonstratensis.

Patet autem opus tali modo citatum : « Liber Ecclesiae B. Genitricis Mariae... » nullibi inveniri posse. Quaerenda est editio operum Adami Scoti Praemonstratensis curata ab Amato de Fonte anno 1518 apud Aegidium de Gourmont; tunc — licet editio evaserit rarissima — omnis difficultas bibliographica statim evanescit.

J. B. VALVEKENS, O. Praem.

* * *

UNE BULLE D'INDULGENCES EN FAVEUR DU CULTE DE LA BIENHEUREUSE GER- TRUDE D'ALTENBERG EN 1311. --: --:

On sait qu'une fille de sainte Elizabeth de Hongrie, Gertrude, soeur de Sophie, duchesse de Brabant, fut la troisième prévôte des moniales norbertines du monastère d'Altenberg, dans l'ancien diocèse de Trêves, et y mourut en odeur de sainteté le 13 août 1297. Son nom figure aujourd'hui au sanctoral de Prémontré et son office se célèbre chaque année à la date de sa mort¹⁾.

Les archives de l'abbaye d'Averbode, conservées à Bruxelles, possèdent la copie d'une bulle d'indulgences, délivrée par le pape Clément V le 18 décembre 1311, à la demande, semble-t-il, de

1) Sur Altenberg et ses prévôtes voir N. BACKMUND, *Monasticon Praemonstratense*, t. I, p. 148. Straubing, 1949.